

194
198
Cum
*Vir ornatissimus ac Præstantissimus, Civis inclytæ civitatis
hujus Thoruniensis æstumatissimus*

**DN. DANIEL
HOLSTIUS,**

Cum
Leclissima Virtutibusq; animi & Corporis conspicua
VIRGINE

HEDWIGE

Speclabilis atque Prudentissimi
DOMINI

**NATHANAELIS
BLEDORNII,**

Scabini suburbani meritissimi
Charissima FILIA

**d. iii. Septembris An. MD CCIX. Nuptias
insignes celebraret,**

*His paucis Præstantissimo Domino Sponso Fautori suo
ac Benefactori gratulari volebat.*

DANIEL STRUMPHIUS.

THORUNII,

**Impressit JOANNES LUD. NICOLAI, NOB. SENATUS ET GYMNAS,
TYPOGRAPHUS.**

Recht. do. H. 2, 84.

Munus Sponsi Sponsæ gratissimum.



Um subit illius latissima lucis imago,
 Quæ nobis tædas est accensura jugales,
 Quæ mihi Te lateri junget, dulcissima Sponsa
 Obstupeo; varii vertuntur pectore sensus,
 Atque trahit teneram tristis dubitatio mentem:
 Quomodo Te demum, dulcissima Sponsa, salutem?
 Quod Tibi dem pignus? Quæ suavia munera donem?
 Quò sit nota fides: quò sit testatus amorque,
 Quo Te constanter mea mens complectitur Unam.
 Hic etenim mos est Sponsi Sponsæque benigna,
 Ut cum scire velint, num sint vehementer amore
 Conjuncti, sibi dant manifesti pignus amoris,
 Sic quoque testatum faciunt notumque favorem.
 Hoc ego jam tacita paulisper mente volutans
 Testatum volui pariter fecisse favorem.
 Ut sic notus amor Tibi sit, dulcissima Sponsa,
 Hæc tria corda fero:

I. COR PIETATIS AMANS.

Cor pietatis amans placet inter cuncta JEHOVÆ.
 Oblemens pietas! Ingens decus, Inclyte portus,
 Rectarum Numen Virtutum, Vera Noverca
 Præavis, verus Amor Justis, Infantis Alumna;
 Ipsa Nimis placido Ditas solamine Natos,
 Et donas Vitam munus genitoribus Vnum.
 Tu Nimias lacrymas tergis de lumine Nostro
 Affligunt Cum nos hic infortunia, Casus,
 Tu nos Ingenti studio defendis Inermes,
 Is felix Autem, qui cor pietatis Amore
 Sacratum Pollet, superis plebiq; Placebit:
 Ast cui non Adeo pietas est Ardua curæ
 Majores cernet Casus & Cæca pericla.
 Accipe cor Igitur Iustæ, dulcissima sponsa,
 Nunc pietatis amans, Semper pietatis honorem
 Secteris: pietas Divina est nuntia pacis.

II. COR PACIS AMICUM

Concinne quidam dixit: *te stante virebo.*

Omnia labuntur, Surgunt incommoda *Sæva,*

Regna cadunt, Tantis Et bellis Ecce Teruntur;

Pax sed Amans friget, nec Tradit lumen Amicum:

Aurea Nam cum pax friget num damna Negabit?

Cum vero Tantum vultus ad sidera Tollit.

Insignes, Et se protensis frondibus Effert,

Surgunt regna, Vigent urbes, & stante Virebunt.

Ah! pax est Ingens mundi decus, Inclyta nutritrix

Mufarum, Rerum, nexus Robustus amoris:

Ipsa dat Eximium solamen Et otia fessis.

Cor tibi sic Blandum Benedictæ pacis amicum,

Vernans sponsa, ferens, Opto, quo semper amares

Magnificam pacem, dicas: *Te stante virebo.*

III. COR PLENUM AMORIS.

Cuncta pharetrato cor plenum vincit amore;

Oppugnat Mundum spatiosum Maximus ardor.

Reclament Planctus, Exsurgant Ergo Pericla,

Prodeat Ergo dolor, quin Sæpius exprimat Etiam

Lacrymulas Rigidas, adimant contagia Robur,

Et tamen Arcitenens amor omnia vincit Amori

Num quid Restitit, aut aliqua virtute Resister?

Verus amor Divos vincit virtute Decora.

Mortales Etiam non possunt Esse flagranti

Absque favore: Nimis præcordia Nostra perennis

Mulcet amor. Tollit turpissima Tædia, demit

Omnes mærores, Immites Impedit iras.

Recte cor plenum Voveo Vehementis amoris,

Inclyta Sponsa, tibi Summum secteris amorem,

Semper ames Sponsam me sic te semper amabo.

VIVe VaLcqVe DIV feLIX ô Sponse benigne!
RegaLes gazas fVnDat ab aXe DeVs.

Aliud.


PaX generosa Venl : fVglas BeLLona feVera:
Mars fVrlbVnDe VaLe: PaX generosa Venl

Aliud.

Perge Mars pVgnæ resonans fragore,
Perge fVnesto nltlDV's CrVore,
Pax bonl nVtrIX oVat atqVe profert
Lata trophæa.

Aliud.

O Chare IesV protege DeXtera
TVa professos: tela fVrentla
Perfringe Martls; tuta surgat
PaX, Vehat atqVe trophæa grata.



Er
Als

Es

Un

Go

Die

Mi

Un

Da

Sic



Ger